

Cambridge University Press  
978-1-108-04882-8 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 2  
Roger of Hoveden Edited by William Stubbs  
Excerpt  
[More information](#)

---

---

**CHRONICA MAGISTRI ROGERI  
DE HOVEDEN.**

---

**VOL. II.**

**A**

Cambridge University Press  
978-1-108-04882-8 - *Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 2*  
Roger of Hoveden Edited by William Stubbs  
Excerpt  
[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04882-8 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 2

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

# CHRONICA MAGISTRI ROGERI DE HOVEDEN.

## PARS POSTERIOR.

*XVI<sup>us</sup>. annus regis Henrici secundi.*

Benedict, i.  
3. Anno<sup>1</sup> gratiæ millesimo centesimo septuagesimo, qui erat A.D. 1170.  
annus decimus sextus regni regis Henrici filii Matildis Henry keeps  
imperatricis, idem Henricus tenuit solemne festum apud Christmas at Nantes,  
Namnetum in Britannia die Natalis Domini, quæ quinta feria and sub-  
evenit. Deinde idem rex profectus est hostiliter in ter- dues Brit-  
ram comitis Eudonis,<sup>2</sup> et eam fere totam destruxit, et tany.  
Benedict, i.  
3, 4. ipsum comitem Eudonem ad deditio[n]em coegit. Deinde He goes to  
in prima hebdomada mensis Martii transfretavit de Nor- England in  
mannia in Angliam, inter Barbefluctum et Portesmue. In March, and  
qua transfretatione sævissima tempestate quassatus a media narrowly  
noctis hora usque ad crastinæ diei horam nonam, vix applicuit  
in Anglia apud Portesmue.<sup>3</sup> Cæteræ autem naves fere  
omnes, quæ cum eo erant, fractæ sunt et comminutæ,  
et applicuerunt in diversis portubus Angliæ prout vis venti  
eas tulit. Una tamen illarum, quæ melior et recentior cæteris  
omnibus erat, sed infelicior, submersa est, cum Henrico

<sup>1</sup> *Anno*] From this point the compiler begins to copy, abstract, or paraphrase the Chronicle known under the name of Benedictus Abbas ; the marginal references are to the edition issued under the direction of the Master of the Rolls in 1867.

<sup>2</sup> Eudes, viscount of Porhoet, a

claimant of the duchy of Brittany ; he had married Bertha, the widow of Alan earl of Richmond, heiress of Conan III. and mother of Conan IV. He is called count as claimant of his wife's inheritance.

<sup>3</sup> "Quinto nonas Martii, feria ter-  
tia." Bened.

Cambridge University Press

978-1-108-04882-8 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 2

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

4

## CHRONICA ROGERI DE HOVEDEN.

A.D. 1170. de Agnallis, et cum duobus filiis suis, et cum Gileberto <sup>Benedict, i.</sup><sub>4.</sub> de Sulleinni, et cum magistro Radulfo de Bealmunt me-  
dico et familiari regis, et cum aliis numero quadrin-  
gentis viris et fœminabus. Deinde Henricus rex fecit  
David fratrem Willelmi regis Scottorum militem.<sup>1</sup>

The king  
keeps Eas-  
ter, April 5,  
at Windsor:  
Inquest of  
Sheriffs.

Eodem anno fuit rex Henricus in solemnitate Paschali <sup>Benedict, i.</sup><sub>4, 5.</sub> apud Windeshores. Deinde<sup>2</sup> venit rex Lundonias, et ibi depositus fere omnes vicecomites Angliae; et facta inquisi-  
tione de prisis illorum per sacramenta hominum regni,  
redemit eos.

*Prima coronatio regis Henrici tertii.*

Council of  
London,  
June 11.

Coronation  
of the

Deinde in festo Sancti Barnabæ apostoli idem rex magnum celebravit concilium Lundoniis, cum principibus et magnatibus terræ suæ, de coronatione Henrici filii sui. Et Dominica sequenti, quæ evenit decimo septimo<sup>3</sup> kalendas Julii, clero et populo consentientibus

<sup>1</sup> "In Octavis Pentecostes." Chron. Mailr. May 31.

<sup>2</sup> *Deinde*] The sheriffs were sum-  
moned in consequence of this in-  
quest to meet the king at London  
on the 14th of June, on which day  
the coronation was performed. Gerv.  
1411.

<sup>3</sup> *decimo septimo*] The day was June 14. *Septimo* is corrected in B.P. to *octavo*. The following verses are found in the margin of A., in a hand of the same age as the text, and have been thence copied into D.

*De rege patre qui servivit ad mensam die coronacionis regis filii.*

O gravis eventus, casus miser, unica pestis,  
Jam servit qui liber erat, mendicat abundans  
Qui fuit: exilium patitur qui primus in aula  
Regnabat:  
Inque supercilio mundi stetit, anxia mente  
Fluctuat, in varios motus deducitur, hæret,  
Mens animusque fluunt, dubitat in mente voluntas  
Ipsa, nec in certo desigitur anchora mentis.

*In laude regis filii.*

Sollers naturæ studium quæ singula sparsim  
Munera contulerat aliis concludit in istum.  
Sidereum vultus castigavere ruborem  
Lilia nupta rosis; et ne palloris obumbrent  
Nubila candorem defendit flamma ruboris.  
Non male colla sedent humeris, non insidet alta

Cambridge University Press

978-1-108-04882-8 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 2

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## PARS POSTERIOR.

5

Benedict, i. et assentientibus, fecit ipse prædictum Henricum filium A.D. 1170.  
 5, 6. suum coronari et in regem consecrari apud Westmonasterium, ab <sup>younger</sup> Henry,  
 Rogero archiepiscopo Eboracensi, ministrantibus ei in illo officio <sup>June 14.</sup>  
 Hugone Dunelmensi episcopo, et Waltero Rofensi episcopo,  
 et Gileberto Lundoniensi episcopo, et Gocelino Salesberiensi  
 episcopo, nulla mentione facta de beato Thoma Cantua-  
 riensi archiepiscopo, ad quem coronatio illa et conse-  
 cratio de jure ecclesiae sua spectabat. Et in crastino co- <sup>Homage of</sup>  
 ronationis illius fecit rex pater Willelmum regem Scottorum, <sup>the king of</sup>  
 et David fratrem suum, et comites et barones regni devenire  
 homines novi regis, et jurare ei fidelitates contra omnes ho-  
 mines salva fidelitate sua.

Cum autem constaret Lodowico regi Francorum quod Lewis VII.  
 Margareta filia sua non erat cum viro suo rege Angliae coronata, <sup>invades</sup> Normandy.  
 magnum congregavit exercitum, et hostiliter intravit  
 Normanniam. Quo auditio rex Angliae pater, dimisso rege  
 filio suo in Anglia, transfretavit<sup>1</sup> in Normanniam, et pacem  
 fecit cum Lodowico rege Franciæ, in colloquio apud Wendo- <sup>Henry</sup>  
 miam in festo Sanctæ Mariae Magdalena, promittens quod <sup>meets him</sup> and makes  
 in proximo iterum faceret filium suum coronari, et <sup>peace, July</sup> 22.  
 uxorem suam cum eo.

Benedict, i. Deinde a colloquio illo venit rex pater in Normanniam, et <sup>Illness of</sup>  
 6, 7. apud Motam Gerni<sup>2</sup> incidit in gravem ægritudinem, et divisit <sup>Henry at</sup> Mote de  
 terras suas filii suis in hunc modum. Dedit itaque <sup>Ger.</sup>  
 Ricardo filio suo ducatum Aquitaniæ, et omnes terras quas  
 cepit cum matre illius regina Alienor, et Gaufrido

Cervix, sed spatio surgit distincta modesto.  
 Aureæ cæsaries fulvo conspectior auro,  
 Lucidior glacie, crystallo gratior omni;  
 Menti planities roseo non derogat ori,  
 Imaque conciliat summis extremaque primis,  
 Convallis laterum modulo submissa decenti  
 Forma, figura, modus, nu[merus, mensura, decenti]  
 \* \* \* spondent concordi pace ligata  
 Membra quod in nullo discors junctura videtur.  
 Omnes divitias fortunæ fundit in illo  
 Naturæ præsaga manus: post munera pauper  
 Fene fuit natura parens, quæ dona decoris  
 Formæ, thesauros vultu [*cut off in binding*].

<sup>1</sup> *transfretavit*] June 24, Bened.

<sup>2</sup> *Motam Gerni*] Mote de Ger, near Bayeux.

Cambridge University Press

978-1-108-04882-8 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 2

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## 6

## CHRONICA ROGERI DE HOVEDEN.

A.D. 1170. filio suo dedit Britanniam cum Alais<sup>1</sup> filia comitis Conani, Benedict, i.  
 He divides his estates (August). quas ad opus illius adquisierat a Lodowico rege Fran- 7.  
 corum.

Et Henrico regi filio suo dedit Normanniam, et omnes terras quae fuerunt patris sui Gaufridi comitis Andegavensis. Et fecit illos tres filios suos devenire homines Lodowici regis Franciae. Et Johanni filio suo adhuc minimo dedit comitatum Moretunii.<sup>2</sup> Deinde post multum temporis rex Henricus pater de infirmitate sua convalescens, peregre profectus est ad Sanctam Mariam de Rupe Adamatoris.

The pope, at the instance of the archbishop of Canterbury, excommunicates the prelates who crowned the younger Henry. Interim beatus Thomas Cantuariensis archiepiscopus sextum annum exilii sui peragens, conquestus est Alexandro summo pontifici de Rogerio Eboracensi archiepiscopo, et de superdictis quatuor episcopis, qui ei astiterunt in coronatione novi regis in Cantuariensi diocesi. Ad cujus instantiam summus pontifex excommunicavit Lundonensem, et Rofensem, et Salesberiensem episcopos; et Eboracensem (Joh. Sarisb. S.T.C., i. archiepiscopum et<sup>3</sup> Dunelmensem episcopum suspendit ab 332.) omni episcopali officio. Unde in hac forma<sup>4</sup> scripsit illis:

<sup>1</sup> *Alais*] Commonly called Constantia. Conan was still alive. He died Feb. 20, 1171.

<sup>2</sup> It hardly seems probable that Henry at this time gave the county of Mortain to John, as he is not called count in any of the documents that follow, relating to him; nor indeed does he bear the title commonly if at all during his father's life. Count

Matthew of Boulogne, who did not die until 1173, had claims on Mortain

in right of his wife the daughter of Stephen. It was in the king's hands in 1180, and was perhaps promised rather than given by Henry to John. Cf. B. P., ii. 73. Stapleton, *Rolls of Norman Exchequer*, I, ixiii. If this be correct, it is a proof of the late composition of the text compared with that of the Chronicle of Benedict.

<sup>3</sup> *et*] Hugonem, ins. C.

<sup>4</sup> *hac forma*] hanc formam, C.

Cambridge University Press

978-1-108-04882-8 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 2

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## PARS POSTERIOR.

7

*Epistola Alexandri papæ ad Rogerum Eboracensem  
archiepiscopum, et Hugonem Dunelmensem episco-  
pum.<sup>1</sup>*

“ Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus A.D. 1170.  
 “ fratribus Rogero Eboracensi archiepiscopo, et Hugoni Dunel- Sept. 16.  
 “ mensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Licit The pope,  
 “ nobis commendabiles et grati in pluribus existatis, et sin- after pro-  
 “ cere vos complectamur<sup>2</sup> brachiis caritatis, propter hoc tamen fessing his  
 “ non debemus omittere, quin ea, quæ perpetrata sunt, et in- regard,  
 “ correcta generant mortem, et requiramus in vobis, et zelo  
 Ezek. iii. 18. “ rectitudinis corrigamus: dicente Domino per prophetam, ‘Si  
 “ loquente Me ad impium, Morte morieris, nisi annunciaveris  
 “ ei, neque locutus fueris, ipse quidem in peccato suo morietur,  
 “ sanguinem autem ejus de manu tua requiram.’ Depressio  
 “ siquidem Anglicanæ ecclesiæ, et diminutio libertatis ipsius,  
 “ quæ per regem vestrum, sive proprio motu, sive potius aliis laments the  
 “ suggestoribus, facta dinoscitur, plurimum jampridem ani- state of the  
 “ mum nostrum afflitit, et non modicum nobis sollicitudinis English church and  
 “ et doloris ingessit. Cum enim oportuerit eum de corrigendis the behaviour  
 “ iis, quæ ab antecessoribus suis male commissa fuerant,  
 “ cogitare: ipse potius prevaricationibus prevarications ad-  
 “ jiciens, tam iniqua constituta<sup>3</sup> sub regiæ dignitatis obtentu  
 “ et posuit et firmavit. Sub quibus et libertas perit ecclæ-  
 “ sia, et apostolicorum virorum statuta, quantum in eo est,  
 “ suo robore vacuantur. Nec creditit debere sufficere, si  
 “ sub eo divinæ leges in regno Angliæ silentium et va-  
 “ cationem acciperent, nisi peccatum transmitteret ad hære-  
 “ des, et longo tempore faceret suum regnum sine ephod,  
 Hosea, iii. 4. “ et sine superhumerali sedere. Inde fuit quod iniquas illas  
 “ usurpationes, absque ulla exceptione, vestro, et aliorum  
 “ fratrum, et coepiscoporum nostrorum juramento, fecerit fir-  
 “ mare, et plectendo judicavit ut hostem, quicunque vellet  
 “ ab iniquis illis constitutionibus<sup>4</sup> dissentire. Indicat hoc He grieves  
 “ venerabilis fratris nostri Thomæ Cantuariensis archiepiscopi over the per-  
 “ exilium: demonstrat et hoc clericorum et consanguineorum the arch-  
 “ ejus, illorum etiam qui adhuc pendentes ab uberibus ma- bishop of  
 “ tris vagiebant in cunis, miseranda proscriptio. Et metus Canterbury.  
 “ mortis incutitur, si ad hoc cujusque animus erigatur, ut

<sup>1</sup> Giles, *S.T.C.*, iv. 48., (collated as G.) This letter is not in Benedict.

<sup>2</sup> *complectamur*] amplectamur, G.

<sup>3</sup> *constituta*] statuta, G.

<sup>4</sup> *constitutionibus*] *consuetudinibus*, G.

Cambridge University Press

978-1-108-04882-8 - Chronica Magistri Rogeri de Hovedene: Volume 2

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1170. " contra statuta illa divinis velit legibus obedire. Nos ipsi  
 Sept. 16. " quorum judicio prævaricationes illæ corrigendæ fuerant aut  
 He has often " plectendæ, ad confirmationem illarum sub occasione temporis  
 interceded " impacati multa fuimus instantia provocati. Et laboratum  
 with the " est apud nos exactione<sup>1</sup> non modica, ut usurpatibus illis,  
 king. " cum nondum nobis expressæ fuissent, auctoritatis conferre-  
 " mus apostolicæ confirmationem. Et hoc quidem a principio.  
 " Processu vero temporis exulante pro debito pastoralis officii  
 " jam dicto archiepiscopo, et consuetum Romanæ ecclesiæ  
 " subsidium ab officio nostro sæpius requirente, misimus ad  
 " jam dictum regem de melioribus et majoribus fratribus nos-  
 " tris; misimus et alias ecclesiasticas personas, et putavimus  
 " quod duritia ejus in nostra humilitate et mansuetudine fran-  
 " geretur, et fieret, quod Salomon dicit, 'Patientia lenietur  
 But the " 'princeps,' et 'lingua mollis frangit iram.' Ipse vero suffle-<sup>Prov. xxv. 15 and xv. 1.</sup>  
 king has " rentiam nostram multiplici legatorum arte deludens, usque  
 been obdu- " adeo contra monita nostra videtur animum odburasse, ut  
 rate. " nec contra prænominatum archiepiscopum deferveat, nec de  
 " perversis statutis illis quicquam minui patiatur; immo et  
 " ipsam Cantuariensem ecclesiam plurimo detimento posses-  
 " sionum suarum afficiat, et in ipso eam ecclesiastico mini-  
 " nisterio antiqua spoliaverat<sup>2</sup> dignitate. Nuper enim cum  
 He com- " filium suum coronari voluerit, contempto eodem archiepi-  
 plains of the " scopo, ad cuius hoc officium de antiquo jure dicitur perti-  
 act of the " nere, per manum tuam, frater archiepiscope, ei in aliena  
 archbishop " provincia diadema regni fecit imponi. In coronatione autem  
 of York in " illius, nulla ex more de conservanda ecclesiæ libertate  
 taking part " cautio est praestita, vel sicut aiunt exacta: sed juramento  
 in the coro- " potius asseritur<sup>3</sup> confirmatum, ut regni consuetudines, quas  
 nation, and " avitas dicunt, sub quibus dignitas periclitatur ecclesiæ,  
 in confirm- " illibatas debeat omni tempore conservare. In quo etsi  
 the con- " multum prænominati regis vehementia nos conturbat; am-  
 stitutions of " plius tamen de vestra et aliorum coepiscoporum nostrorum  
 Clarendon. " possumus infirmitate moveri, qui, quod dolentes dicimus,  
 " facti sicut arietes non habentes cornua, abiustis absque Lam. i. 6.  
 " fortitudine ante faciem subsequentis. Etsi enim hoc tibi  
 " licere forte, frater archiepiscope, in propria provincia po-  
 " tuisset, quomodo tamen hoc in provincia aliena, et illius  
 " præcipue, qui exulare pro justitia, et fere solus exire [vo-  
 " luit]<sup>4</sup> et dare gloriam Deo, tibi licuerit, nec de ratione pos-  
 " sumus, nec de sanctorum patrum constitutionibus invenire.

<sup>1</sup> *exactione*] actione, G.<sup>2</sup> *spoliaverat*] spoliet, G.<sup>3</sup> *dicitur*] asseritur, G.<sup>4</sup> *voluit*] om. A.

Cambridge University Press

978-1-108-04882-8 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 2

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## PARS POSTERIOR.

9

“ Quod si ad excusationem tantæ prævaricationis quisquam A.D. 1170.  
 “ objiciat, in aliis quoque regnis gravia plurima et enormia Sept. 16.  
 “ perpetrari, in veritate possumus respondere, quod nullum Such a pro-  
 “ adhuc regnum in tantum divinae legis contemptum inveni-  
 “ mus corruisse, ut scriptis et juramentis episcoporum tam  
 “ manifestas enormitates fecerit communiri, nisi quisquam  
 “ illud impudenter alleget, quod schismatici postmodum et a  
 “ fidelium communione præcisi inaudita et damnabili super-  
 “ bia commiserunt. Unde quia, juxta verbum prophetæ, in  
 “ vobis factum est perversum quid ultra omnes alias pro-  
 “ vincias in usurpationibus suis, et post tam iniquas conseue-  
 Eph. vi. 16. “ tudines juramento firmatas, non adjecistis resumere scutum  
 Ezek. xiii. 5. “ fidei, ut staretis pro domo Domini in die prælia; sed posu-  
 Isa. li. 23. “ istis corpus vestrum in terram, ut per vos fieret via trans-  
 “ eunti; ne, si diutius tacuerimus, una vobiscum in die ju-  
 Is. xlvi. 8. “ diciai damnationis sententia involvamur, auctoritate sacro-  
 Hosea iv. 6. “ sanctæ Romanæ, cui auctore Domino<sup>1</sup> ministramus, ecclesia,  
 S. Luke xix. 20. “ ab omni officio episcopalibus vos suspendimus dignitatis; spe-  
 “ rantes quod sub disciplina saltem et paterno verbere consti-  
 “ tuti, redire tandem ad cor, et de tuenda debeatis ecclesiæ  
 “ libertate satagere. Si vero nec sic zelum episcopalis officii  
 “ resumpseritis, nos adhuc, auctore Domino, quod vobis  
 “ imminet, faciemus. Vos videte, ne illud vobis dicatur,  
 “ quod cuidam dictum per prophetam dicitur, ‘Quia tu sci-  
 “ entiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris Mihi.’  
 “ Nos enim quia locum<sup>2</sup> illius tenere,<sup>3</sup> Deo prout Ipsi pla-  
 “ cuit disponente, conspicimur, qui a prædicatione verbi Dei  
 “ nec verberibus poterat nec vinculis coereri, non debemus  
 “ sub ambigua expectatione pacis creditam nobis divini Verbi  
 “ pecuniam in sudario reponere, et alligatam eam tam diu  
 “ conservare,<sup>4</sup> donec paulatim lucrandi hora occurrat,<sup>5</sup> et cre-  
 “ ditor veniens de reddenda<sup>6</sup> nos conveniat ratione.”<sup>7</sup>

Interim<sup>8</sup> Lodowicus rex Francorum, et archiepiscopi et The king  
 episcopi et magnates de regno Franciæ, pro eodem and bishops  
 of France

<sup>1</sup> *Domino*] Deo, G.<sup>2</sup> *locum*] Petri, ins. G.<sup>3</sup> *tenere*] obtinere, G.<sup>4</sup> *conservare*] servare, G.<sup>5</sup> *occurrat*] decurrat, G.<sup>6</sup> *reddenda*] acerbe, add. C.<sup>7</sup> “ *Datum Ferentini, xvi. kalendas*<sup>“ Octobris,</sup>] add. Giles.<sup>8</sup> The account of the latter days and martyrdom of S. Thomas, given

in the text, is taken (1) from the Chronicle ascribed to Benedict of Peterborough, through which only the compiler seems to have known the work of John of Salisbury on the same subject. (2) From the *Passio Anonyma*, of Giles, *S.T.C.*, ii. No. 12, which was used also, but less freely, by the author of the first-mentioned chronicle, and must as

Cambridge University Press

978-1-108-04882-8 - Chronica Magistri Rogeri de Hovedene: Volume 2

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## 10

## CHRONICA ROGERI DE HOVEDEN.

A.D. 1170. Cantuariensi archiepiscopo sollicitaverunt Romanum pontificem in virtute amoris, et sub impensi protestatione obsequii, (Joh. Sarib. 8.  
beg for Henry's excommunication. ne ulterius dilations frustratorias, quas rex Angliae protendebat, prorogaret, sicut regnum Francorum diligebat, et honorem apostolicæ sedis. Miratus<sup>1</sup> etiam Anglicanæ ecclesiæ desolationem Willelmus Senonensis antistes<sup>2</sup> sedem apostolicam petiit, et a Romana ecclesia impetravit, ut rex Anglorum omni appellatione cessante subjiceretur anathemati, et regnum interdicto, nisi pax Cantuariensi ecclesiæ redderetur.

Henry becomes more friendly towards Thomas. Sic denique placuit omnium dispensatori Deo, Sui Thomæ Passio Anon. recompensare merita, et labores longos<sup>3</sup> consummare victoriæ martyrii palma. Regis ergo sententiam mutavit in melius, et mediantibus tam domini papæ paterna exhortatione, regisque Francorum et plurimum episcoporum consilio, quam etiam principum supplici interventu, archiepiscopum recepit in gratia, et ad suam redire concessit ecclesiam.

*Pax facta est inter regem et beatum Thomam Cantuariensem archiepiscopum.*

October 12. Peace between Henry and Thomas at Mont Louis. Facta est autem pax ista inter archiepiscopum et regem Angliæ,<sup>4</sup> quarto idus Octobris, feria secunda, in Monte Laudato, qui est inter Turonim et Ambasium.

Thomas returns to Sens. Sicque omnibus completis, unusquisque reversus est in locum suum. Thomas vero Cantuariensis archiepiscopus reversus est ad abbatiam Sanctæ Columbæ, ubi jam fere per quatuor annos degebat. Quadam vero die, dum idem archiepiscopus ibidem in ecclesia ante quoddam altare in oratione prostratus jaceret, audivit vocem de cœlo dicentem sibi, "Surge velociter et abi in sedem

well as that chronicle have been in the hands of Hoveden. (3) From a source not yet identified, but which probably will be when the Becket remains come to be properly manipulated. The parts of the text derived from this third source are for the present necessarily printed as original.

<sup>1</sup> *Miratus*] Miseratus, Ben.

<sup>2</sup> William of Champagne, successively bishop of Chartres, archbishop

of Sens, and archbishop of Rheims and cardinal.

<sup>3</sup> *longos*] diutinos, C.

<sup>4</sup> These are the words found in the text of the later MS. of the Chronicle of Benedict of Peterborough, which prove that MS. to have been written after the compilation of Hoveden was published, or else that the writer had before him the lost work from which Hoveden himself copied. See B. P., p. 9, note 2.